Nº 1070. 55.

STEPHANUS Dei gratia REX Poloniæ Magnus DUX Lithuaniæ Russiæ
Prussiæ Masoviæ Samogitiæ Kioviæ Volhiniæ Podlachiæ Livoniæ etc. Princeps Transilvaniæ

Significamus præsentibus litteris nostris quorum interest universis et singulis. Tametsi ex antiqua fundatione Serenissimorum Prædecessorum nostrorum Poloniæ Regum
Capellæ S. Trinitatis in Castro Novæ Civitatis Corcsin Præbenda instituta fuisset, iuxta quam nimirum unico sacerdoti mensa libera ac sustenta-
tionem præbebatur, idemque a Capitaneis nostris Novæ Civitatis Corcsin hactenus semper fuit præstitum; tamen consulere volentes tum ipsis Præbendarijs,
sive Ecclesiæ D. Elisabethæ vicarijs, quorum cura in Capella prædicta [illegible] [illegible] quntur, ne in suo munere exequendo aliqua difficultate circa
consequendam sustentationem premerentur; tum ut multiplices [illegible] sumptus et provisiones quodammodo levarentur et facil-
liori ratione absolverentur, constituendam eidem Præbendæ [illegible] tionem nimirum in quamlibet hebdomadem per gros-
sos Polonicos usitatos Viginti quinque percipiend[illegible] et decernimus per eosdem Præbendarios Capellæ
prædictæ et alios quoscunque temporum serie succedentes, ex proventibus [illegible] nostri Novæ Civitatis Corcsin perpetuis temporibus levandi: ita tamen
ut in locum victualium compensationem pecuniariam dari sibi existiment. Quod ad omnium eorum et singulorum quorum interest, præsertim vero post
mortem Magnifici Nicolai a Mielecz Palatini Podoliæ in futuro Novæ Civitatis Corcsin nostro Capitaneo ac deinceps subsequentibus Capitaneis
notitiam deducimus, mandantes, ut eam provisionem pecuniariam superius descriptam Præbendarijs Capellæ S. Trinitatis in Castro Novæ Civitatis
Corcsin quicunque ibidem sacra divina exercuerint, sive etiam postea futuris ex proventibus Capitaneatus nostri Novæ Civitatis Corcsin qualibet hebdomade perpe-
tuo dependant, neve ulla mora et tarditate in reddenda provisione utantur, sed eosdem in assiduo et perpetuo usu conservent. In quorum fidem præsentes
manu nostra subscripsimus et sigillo Regni nostri communiri iussimus. Datum in Niepolomicze die decima [illegible] Septembris Anno Domini Millesimo
quingentesimo Octuagesimo quinto Regni nostri Decimo.

Stephanus Rex

[illegible]

Nº 8972

59

9416/19

105

Productum coram DD. Lustra
toribus in Wonchin Libry.

Productum coram DD. Lustrato[ribus]
in Nova Civitate Korczin die 9 May.
A° [illegible]

[illegible]bb 21m.

Litt. od Pan Cann: Wan Samm[illegible]

Woj. i Miejska Biblioteka Publiczna w Bydgoszczy BIBLIOTEKA Główna
Rkp 1219/76
88